

hit, Peregr. decij. Patavin. 85, sub num. 1. versic. Sed contra de jure verius. Monet. de commutat. ultim. volunt. cap. 9, num. 335, cum adductis per Ciariin. contrav. 139, num. 10, Auctor hic nu. 1, & 4, se remittens ad tradita cap. 9, ubi annotavimus Tondut. resolut. benefic. 108, num. 13, ubi quod confessio Testatoris \* non præjudicet hæredi quoad falcidiam.

- 4 Confessio debiti emissa in testamento in diminutionem patrimonii ad præjudicium tertii regulariter \* non probat ex cumulatis per nos allegat. 48, num. 21, lib. 2, & allegat. 73, num. 1, lib. 3, ubi tamen ex circumstantiis facti contrarium sustinimus, nimirum confessionem debiti à marito erga uxorem factam debitum probare, & tunc latius allegatis addo Hodiern. ad l. hac edictali, quest. 37, num. 17, & per totam, Tondut. resolut. benefic. 108, num. 9, & per totam, Cyriac. contrav. 347, nu. 1, & seq. ubi quod contra hæredes probet Vivian. in prax. Juris pair. part. 1, lib. 2, cap. 5, num. 7, & 74. Hoc autem secluso confessio emissa in testamento circa debitum Testatoris, \* de quo aliunde non liquet vim legati obtinet, Auctor hic num. 2, Merlin. Pignatell. contrav. 85, num. 13, lib. 1, Hodiern. ad Surd. dec. 250, num. 4, H. rat. Montan. contravers. 61, à nu. 5, Fontanell. de pact. nupt. claus. 14, gloss. unic. p. 2, n. 23, & seq. tom. 2. Bctiller. de success. ab intest. cap. 2, Theorem. 68, num. 3, A. Cost. de privileg. credit. regul. 2, ampliat. 6, sub num. 32, vers. notabis tamen. Tondut. dicta resolut. benefic. 108, num. 24, Altograd. consil. 44, num. 7, & seq. lib. 2, ubi limitat in confessione \* Testatoris relativa ad scripturam nihil probantem, Joan. Franc. Andreoll. contrav. 136, num. 4, & 16, & contrav. 252, num. 10.

- 8 Confitentis à potestate, quæ pendent, ejus enunciativa \* seu confessione concludenter probantur, Menoch. consil. 147, num. 11, 19, 20, 22, & 24, Fab. in C. lib. 4, tit. 14, definit. 45, versic. Si tamen. Alb. cons. 64, nu. 37, & seq. Andr. Censal. dec. Lucen. 60, num. 38, Rot. dec. 93, num. 21, p. 5, recent. Cyriac. contrav. 10, n. 8, & contrav. 268, nu. 12, Ludovif. dec. 239, nu. 6, & in annot. gloss. B. Rot. apud Tondut. de pens. dec. 40, n. 13. Giurb. observat. 76, num. 9, Capyc. Galeott. contrav. 19, n. 11, 17, & 18, lib. 2, & pro indubitato renunciat Auctor hic n. 3, Subjungens nu. 5, quod confessio Notarii de ejus falsitate in instrumento commissa \* partibus non noceat, Fab. in suo C. lib. 9, tit. 13, definit. 4, Mart. cons. 44, nu. 23, & seq. Hodiern. ad Surd. dec. 107, num. 2, & dec. 135, nu. 1, & seq. ubi num. 4, ampliat etiam Notarius reperiretur in articulo mortis, Giurb. observat. 73, num. 5, Tondut. variar. resolut. civil. 68, n. 21, Altograd. consil. 50, sub n. 93, vers. Sic dicitur, & n. 44, lib. 1.

- 10 At si maritus ingrediens domum uxoris in capitulis matrimonialibus constituit se traditurum ejus uxori tres mille libras nomine dotis, quæ essent convertendæ in melioramenta hæreditatis ipsius uxoris, & mulier ejus marito præcedens in testamento admisit maritum summam hujusmodi convertisse in augmentum hæreditatis ipsius uxoris per dictam confessionem non juratam in testamento emissam, non censeri probatam solutionem comprobat post alios Ripol. resolut. cap. 13, num. 64.

## CAPUT LIII.

## SUMMARIUM.

- 1 Dispositio qualibet hominis intelligitur de primo actu. Amplia etiam in ultima voluntate numero 2. Limita in alimentis num. 3. Collata in maritum, & uxorem resolvitur in singularitates, ita ut censeatur facta de filiis tam mariti, quam uxoris, & utriusque matrimonii num. 17, & num. 19.
- 4 Donatio facta patri, & filiis contemplatione certi matrimonii, filiis uti filiis facta dicitur; Et de ratione num. 5. Simpliciter facta contemplatione certi matrimonii filiis non debetur nisi uti hæredibus num. 7. Stipulata pro filiis regulariter intelligitur etiam de filiis alterius matrimonii numer. 9. Limita ut n. 10, 11, & 13.
- 6 Filii donationem patri, & ipsis factam à donante non autem à patre habere dicuntur. Antanquam filii vel uti hæredes censeantur vocati pendet à conjecturis num. 8.
- 12 Dicitio, ex, causam immediatam significat. Et num. 15. Ipsi personalissimè est num. 16.
- 14 Emphyteusi concessa viro, & uxori pro se, & eorum filiis veniunt etiam filii alterius matrimonii.
- 18 Verba in dispositionibus stare non debent sine virtute operandi.
- 20 Soror utrinque conjuncta uterinam excludit in successione.
- 21 Extraneus in materia emphyteusis dicitur, qui non est ex descendentibus.

**H**ominis dispositio quæcumque intelligitur de primo \* actu, auctor à num. 1, usque ad 4. Spad. cons. 22, nu. 4, lib. 1, & consil. 84, num. 4, & 5, lib. 3, ubi tamen quod dispositio non restringatur ad primum actum, quando durat, ac permanet eadem ratio, Sperell. dec. 152, num. 7, ubi quod istud maximè procedat in materia odiosa & stricti juris, Cyriac. contravers. 100, num. 2, 23, & 24, ubi quod non restringatur ad primum actum, quando non est satisfactum intentioni statuentium, nec quando actus de sui natura est reiterabilis, Antonin. de Amat. resolut. 44, num. 6, & 7, ubi quod procedat in omni dispositione exorbitanti, & simulata dixi allegat. 88, num. 2, lib. 2, Merlin. Pignatell. contravers. 50, num. 5, cent. 1, ubi quod dispositio verificetur in primo actu valido, latissimè Monet. de commutat. ultim. voluntat. cap. 8, numer. 372, usque ad 395, Joan. Carol. Antonell. de temp. legal. lib. 2, cap. 42, n. 15. Quam sanè regulam etiam in ultima voluntate habere \* locum, quando duplex militat favor non ambigitur, & ita intelligendus est Capyc. dicta contravers. 100, n. 25, Leoncill. de privil. pauper. 205, n. 2, part. 2. Joan. Carol. Antonell. de temp. legal. lib. 2, cap. 42, num. 12. Alimentorum \* verò sive promissio intercesserit, sive legatum accesserit, non intelligitur de prima vice tantum, sed de successiva, & annuali alimentorum præstatione, Menoch. d. præsumpt. 132, n. 10, lib. 4, Joan. Carol. Antonell. de temp. legal. lib. 2, cap. 42, num. 18.

Pro clariori intelligentia eorum, quæ inferius dicturi sumus, prænotandum venit donationem factam

## Observationum de Alimentis. Caput LIII.

- 4 factam patri, & filiis \* contemplatione certi matrimonii filiis uti filiis, non autem uti hæredibus factam censeri comprobant post alios Antonin. de Amat. resolut. 30, n. 7. Joan. Franc. Andr. consil. 294, n. 6, Altograd. consil. 36, n. 12, & seq. lib. 2. Hod. ad Surd. dec. 322, n. 44. Rota dec. 171, n. 2, & dec. 203, n. 2, part. 8, & dec. 30, n. 28, & seq. parte 9, tom. 1. recent. & apud Andr. Censal. ad l. unicam Cod. si quis Imper. maledix. §. 22, n. 58, 65, & sequent. & in Romana Apothecarum 17. Maii 1656. §. qua fortius Celfo. Ratio subest optima, quia se habet uti duplex \* donatio, altera favore filii.
- 5 Giurb. decisio. 108, n. 19. cum adductis per Antonin. de Amat. dicta resolut. 30, n. 8. Altograd. consil. 28, n. 29, lib. 1, & consil. 36, n. 7, lib. 1. Rota in dicta Romana apothecarum 17, Maii 1656, §. nec subsistit. Celfo, usque adeo ut isto in casu filii à donatore \* rem donatam non autem à patre recognoscant. Rota apud Censal. ad legem unicam, C. si quis Imper. maled. §. 22, n. 55, & in d. Rom. apothecarum 17. Maii 1656, §. unde Antonius, Celfo.
- 6 Sed hæc tenent dicta sibi locum vindicant ex supposito, quod etiam nomine filiorum expressa intercesserit \* stipulatio: siquidem ex seclusa donatione quantumvis contemplatione certi matrimonii emanata, filii uti hæredes censentur vocati. Rota dicta dec. 171, n. 3, & d. dec. 203, n. 3, part. 8, recent. & coram Eminentiss. Otthob. dec. 99, n. 23, repetita apud Salgad. in labyrint. credit. dec. 87, & dec. 133, n. 8. Cæterum principalis quæstio \* an filii tanquam filii, vel uti hæredes censeantur vocati pendet ex conjecturis. Altograd. dec. consil. 36, ex n. 20. ad 26, lib. 2, latissimè Rota apud Censal. ad l. unicam C. si quis Imper. maled. §. 22, à n. 67, usque ad finem decisionis.

- His sic præmissis regulariter donatio matrimonii contemplatione inita regulariter non tam pro filiis \* ejusdem matrimonii quam alterius, sive præcedentis, sive posterioris stipulata censetur, Surd. consil. 72, n. 19. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4, gloss. 9, p. 1, n. 36. Theaur. q. for. lib. 4, qu. 2, n. 4. Rota apud Censal. ad l. unicam C. si quis Imper. maled. §. 22, n. 81, & seq. & penes Salgad. in labyr. credit. dec. 87, repetita coram Cardinali Otthob. dec. 99, n. 3, seq. & n. 32, & dec. 133, n. 3, seq. & 32, dummodo donatio facta non existeret contemplatione matrimonii \* viro, & uxori pro se ipsis, & eorum filiis stipulantibus, quia intelligeretur concepta pro filiis ejusdem matrimonii, & non alterius. Staiaban. jun. resolut. 22, sub n. 20, & 21. Larr. dec. 33, n. 24. Canc. var. ref. cap. 7, sub n. 111, vers. suadentur prædicta part. 3. Rota apud Salgad. in labyr. credit. dicta dec. 87, repetita apud Merlin. de legitim. dec. 172, & triplicata coram Eminentissimo Otthob. dec. 99, n. 10, & dec. 133, n. 10. Et istud
- 11 indubitanter procederet, si donatio \* contemplatione matrimonii facta appareret conjugibus, aut alteri eorum, ac pro filiis ex ipsis, vel ex eo matrimonio nascituris. Scot. consil. 9, n. 7, & 8, lib. 2. Larr. dict. dec. 33, n. 17, & 24. Rota coram Card. Otthob. d. dec. 99, n. 12, & 13.

- In promptu sese offert ratio, quia illa dicitio (ex) causam immediatam significat, & consequenter restringit donationem ad filios \* immediatè ex ipsis donatariis, ac eodem matrimonio procreandis. dixi alleg. 125, n. 47, lib. 3. Mart. Med. decis. Sen. 1, n. 14. Rip. var. ref. c. 10, n. 317, ubi quod in idem coincidunt, quantum ad præsentem controversiam dictiones ex & de, Rota coram Emin. Otth. dec. 244, n. 23, & coram Millin. dec. 373, n. 2, & dec. 507, n. 10, p. 2, & dec. 107, n. 6, & dec. 178, n. 3, part. 5, & dec. 349, n. 8, part. 6, & dec. 26, n. 24, & Melius ad Castillum de Alimentis.

seq. part. 7, ubi tam de dictione, de, quàm de dictione, ex, & dec. 255, n. 9, & seq. ubi bene declarat, & dec. 291, n. 7, part. 8, & dec. 1, n. 20, p. 9, tom. 1, & dec. 204, n. 21, & seq. p. 9, tom. 2, rec. ubi pariter optime explicat, & coram Royal. dec. 96, n. 10, & dec. 128, n. 11, & coram Duran. dec. 111, n. 7, & dec. 140, n. 3, quæ repetuntur dec. 107, & dec. 178, part. 5, rec. ut mox adduximus Buccafer. consil. 35, n. 7, & consil. 55, n. 20. Fufar. de substi. q. 321, n. 14, & q. 327, n. 4, & 5, & q. 408, n. 17, & 18, & consil. 43, n. 41, & 47, ubi declarat, & consil. 93, n. 30. Redenasc. consil. 17, n. 22, & 28. Altogr. consil. 92, n. 14, & 39, & consil. 93, n. 12, lib. 2. Spad. consil. 346, n. 3, lib. 2, & consil. 161, n. 15, in fine 16, & 17, lib. 3, Joan. Bapt. Silvatic. consil. 20, n. 21. Leoncill. decis. Ferrarich. 57, n. 12. Coccin. dec. 493, n. 3, & 4, ubi optime declarat Mart. Ventur. dec. 25, n. 28, & consil. 43, n. 66. Capyc. Galeott. contravers. 17, n. 3, lib. 2. Bottil. de success. ab intest. cap. 1, Theorem. 6, n. 35. Argel. de acquir. possess. quest. 3, art. 11, n. 708. Ruger. consil. 4, n. 64, & 65, ubi quod etiam immediatam importet. Rim. consil. 10, n. 9, ubi quod dicitio, ex, etiam causam remotam aliquando indicet, & consil. 13, n. 12, & consil. 320, n. 8, cum adductis per Barbof. de dict. 115, n. 1, & dict. 76, n. 2. Rota in Romana fideicommiss. de Griffonibus 10. Maii 1656, §. quod autem Dunozet. & in Firmana primogenituræ 30. Maii 1657, in princip. confirmata 10. Jan. 1659, Verospio.

Quo themate retento stipulationis pro uxore ejus nomine proprio expressa, ac filiis ex ea, dubio procul ad secundam uxorem \* minusque ad filios ulterioris matrimonii stipulatio, & legatum extenderetur, quantumvis causam alimentorum concerneret, ut latissimè prosequitur Auctor hic ex n. 4, & exornat Larr. dec. 33, sub n. 17, vers. ut in legato alimentorum.

Concessa emphyteusi viro, & uxori pro se, & eorum filiis regulariter veniunt non solum communes filii, \* sed etiam omnes ex aliis matrimoniis procreati, ut subjungit Auctor hic n. 20, circa quem articulum alias per me scripta subjunguntur.

Margarita de Gallis irritò etiam Testamento Joan. Baptistæ ejus fratris uterini ex persona ejus propria pro medietate emphyteusis vigore concessionis factæ jugalibus de Zanettis succedere posse videbatur ea ratione, quia emphyteusis stipulata à jugalibus de Zanettis pro se se & eorum hæredibus legitimè descendentibus, pro ejus contingenti portione debetur etiam Margaritæ filię uxoris, ex præcedenti matrimonio. Bero. consil. 42, n. 4, lib. 1. Menoch. consil. 40, n. 25, & de præsumpt. 21, n. 8, lib. 4. Mantica. de tacit. lib. 2, tit. 9, n. 7. Cyriac. contr. 377, n. 25, & latè comprobatur Fulgin. de emph. tit. de contract. emph. qu. 43, n. 2.

Huic enim objecto facillimè occurreretur, ponderando, quod in stipulatione istius emphyteusis vocatio descendentium præcisè coarctatur ad eos qui ex ipsis jugalibus descendunt, illa enim dicitio, ex, \* causam immediatam, & conjunctionem importat. Alex. consil. 124, n. 12, lib. 4. Bald. consil. 321, in fine, lib. 1. Rota in Firmana primogenituræ 30. Maii 1657, coram R. P. D. Verospio, & dicitio, ipsis, \* quæ personalissima est, nec extensionem ad descendentes ex aliis admittit. Bald. consil. 304, in fine, lib. 5. Surd. consil. 53, n. 11, ubi quod est personarum ad oculum demonstrativa, & decis. 125, n. 1. Gratian. discept. 104, n. 13. Altogr. consil. 54, n. 17, lib. 1, & consil. 82, n. 5, lib. 2. Rota dec. 359, n. 36, part. 5, rec. cum adductis per Fulgin. de emph. tit. de alienat. qu. 1, n. 147, & 285, & tit. q. 1, n. 32. Et

Et ne dubitari contingeret, an principalis dispositio collata in maritum, & uxorem resolveretur in singularitates, ita ut de quibuscumque filiis tam mariti, \* quam uxoris ac cujuslibet matrimonii intelligeretur arg. l. placet 4. ff. de liber. & postb. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 9. n. 7. Ideo expresse contrahentes de descendibus ex ipsis uti jugalibus, adeo ut non tam singulares personas, quam etiam conjugum præ oculis habuerint, aliàs verbum illud jugalibus superfluum \* existeret, ac sine virtute operandi remaneret contra Textum in Cod. si Papa de privileg. in 6. l. si quando 112, in princip. ff. de legat. 1. Cyriac. controvers. 73, n. 35.

Ubi verò adhuc in eo insisteretur quod principale dispositum in singularitates \* resolveretur, unà cum concessione facta descendibus, ut in partem viri de quibuscumque filiis ipsius viri; & in partem uxoris de quibuscumque filiis ipsius intelligatur. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 9. sub n. 7. Fulgin. de emphyt. tit. de contract. emphyt. dicta quæst. 43, n. 2, tunc Margarita medietatem portionis maternæ, & sic quartam totius solummodo ad summum consequi posset, & residuum ad Annam Mariam spectaret: Nam in portione patris perventa in Joan. Baptistam, de cujus \* successione modo agitur exclusâ Margaritâ sorore uterina integraliter Anna Maria utrinque conjuncta succedit, aut. ibique C. commun. de success. Cyriac. contr. 417, n. 5. Pro-Præses Melius allegat. 92, n. 13, lib. 3. Neque Margarita penitus extranea quoad portionem vitrici dispositione testamentaria fratris juvari potest, cum ex pacto peculiari investituræ adjecto extranei à successione istius emphyteusis expressè repellantur. Extraneus autem in hac materia dicitur, qui \* non est de descendibus primi acquirentis emphyteusim. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 19. n. 1. Rota dec. 381, n. 8, part. 5, recent. Vice-Præses Melius alleg. 14, sub n. 8, & alleg. 15, n. 11, & magis in puncto alleg. 32, nu. 13, lib. 2, firmum igitur stat, vel quod Margarita ex utroque jugali de Zanettis non descendens ab emphyteusi controversa omninò excludatur, vel in quarta duntaxat succedere valeat.

## CAPUT LIV.

## SUMMARIUM.

- 1 Executor simplex ultimæ voluntatis quis dicatur: Merus actionem contra hæredes movere nequit n. 2. Secus ubi de legato alimentorum agitur n. 3. Alienando fidem de pretio habere non potest num. 4. Pro suo credito sibi satisfieri potest num. 5. Retinere si pauper sit non potest legatum in pauperes distribuendum, num. 6. Unus quando plures sunt an contra alios agere possit n. 7. Si negligit exequi ordinata per Testatorem in tempore præfixo facultas exequendi devolvit ad Episcopum, nu. 8. Amplia ut n. 9. Limita ut n. 10.
- 11 Legatarii nullam actionem habent contra executores. Fallit in causa alimentorum, n. 12.
- 13 Administratores legatorum piorum rationes reddere tenentur coram Episcopo n. 14.

Præmittendum ad istius capituli intelligentiam venit executorem \* ultimæ voluntatis simplicem Jurisconsultis incognitum ex Mer-

lin. Pignat. controvers. 8, n. 6, cent. 1, eum dici, cui duntaxat distributio in usus pios demandatur abfque eo quod exinde aliquod emolumentum percipiat leg. Lucius Titius 90, §. à te peto, ubi gloss. in verbo proficere ff. de legat. 2. Roman. conf. 228, n. 12. Gratian. discept. 563, n. 47, & n. 54, & seq. Altograd. conf. 88, n. 12, lib. 2. Rota coram Ludovif. dec. 544, n. 2, & dec. 35, n. 8, part. 6, recent. Spad. conf. 140, n. 1, lib. 1. Galeott. contr. 32, n. 14, lib. 2. Merlin. Pignat. contr. 35, n. 4, & 5, cent. 2. Thomaf. de execut. ult. vol. tit. 1, n. 4, & tit. 6, n. 6. Lanfranc. Zacch. de salar. q. 66, n. 8.

Qui sanè merus executor nequit actionem movere contra hæredes \* testatoris, nec debitores hæreditatis convenire, aut distrahere bona, ut legatariis satisfaciatur. Thomaf. de execut. ult. vol. tit. 6, nu. 14. Sanchez consil. moral. lib. 4, cap. 1, dub. 46, n. 3. Secus ubi agitur de legatis in pios usus, aut causam \* alimentorum distribuendis, quemadmodum post alios proficitur Auctor hic ex n. 2, & prius c. 7, n. 21. Sanchez consil. moral. lib. 4, c. 1, dub. 48, sub n. 1, vers. tunc agere potest ad legata pia, vel causa alimentorum. Genuen. in prax. tricen. 29, quæst. 566. Thomaf. de execut. ult. vol. dicto tit. 6, n. 14, & tit. 12, n. 81, & 83. Buratt. dec. 146, n. 1. Simon de Præt. de interpret. ultim. vol. lib. 5, dub. 2, n. 50, fol. 488. Novar. in prax. privileg. miserabilium 116, n. 1. Leoncill. de privileg. pauper. 138, n. 4, part. 2. Quod si ex prædictis causis executor ad alienationem devenit fidem \* de pretio habere non poterit. Sanchez consil. moral. lib. 4, c. 1, dub. 46, n. 10. Gratian. discept. forens. 329, ex n. 34. Arias de Mes. var. resol. 50, n. 14, lib. 1. Executor autem pro suo credito \* in pecunia hæreditatis sibi solvere potest. Anell. de Amat. conf. 68, n. 7. Surd. conf. 253, n. 16. Antonin. de Amat. resol. 56, n. 18, nequit tamen executor, si pauper sit in pauperes \* distribuendum sibi retinere. Barbof. de univers. jur. Eccles. lib. 3, cap. 27, n. 61. Plures cumulat Sanch. consil. moral. lib. 4, cap. 1, dub. 58, sub n. 1, contrariam tamen opinionem amplectitur Thomaf. post alios n. 5, & seq.

Plures si à testatore executores destinati fuerint, dato hærede universali, tunc unus ex ipsis contra alium debitorem hæreditatis agere non potest, secus verò si nullus adfit hæres, \* quia unus ex executoribus agere potest contra alium executores, si debitor hæreditatis existat ad tradita hic n. 8. Thomaf. de execut. ult. vol. tit. 12, cap. 5, n. 68.

Intra annum, vel aliud tempus à Testatore præfinitum executori ad distribuendum legata, si adimplere \* neglexerit, facultas exequendi etiam contra laicos ad Episcopum devolvit. Sanch. consil. moral. lib. 4, cap. 1, dub. 54, n. 8, & dub. 55, per tot. ubi limitat dato per testatorem substituto latè Thomaf. de execut. ult. vol. tit. 14, n. 1, & per tot. Leoncill. de privileg. paup. 145, per tot. Jo. Car. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, cap. 36, n. 2, hanc quoque conclusionem pluribus exornat Auctor hic ex n. 9, ubi n. 12, ampliat, etiam si testator prohibuisset \* ne Episcopus in executione ejus testamenti se ingereret, & hoc idem comprobatur Sanchez consil. moral. lib. 4, cap. 1, dub. 55, n. 2, 3, & sequent. ubi quid in legatis profanis non determinat. Valasc. consult. 105, n. 57. Barbof. de offic. & potestate Episcop. alleg. 82, n. 27.

Si testator in casum negligentis executoris testamentarii alium \* substituerit, tunc Episcopus excluderetur, ut post alios animadvertit Sanchez consiliorum moral. lib. 4, cap. 1, dub. 54, nu. 8, & dub. 55, nu. 7. Leoncill. de privilegio pauperum 131, num. 10, & privileg. 141, nu. 2, & 3, ubi

## Observationum de Alimentis Caput LV.

ubi quod executor ipse in causis piis possit substitui post Sbrof. de offic. vicar. quæst. 89, n. 4. & Novar. in prax. privileg. miserab. 123, nu. 3. Gratian. discept. 220, n. 35, & seq. Joan. Carol. Anton. de temp. legal. lib. 2, cap. 36, n. 8.

Tandem quærit Auctor hic n. 14, nunquid legatarii executores directo conveniri valeant, & quicquid sit \* in profanis pro quibus legatarii nullam profus actionem habent contra executores. Curt. jun. conf. 327, n. 21. Simon de Præt. de interpret. ult. vol. lib. 5, dub. 2, n. 53. Thomaf. de execut. ult. vol. tit. 12, n. 100, & seq. & prius tit. 6, n. 16. Certe quoad relicta in pios usus, aut in causam alimentorum \* concludit posse conveniri Sanchez consil. moral. lib. 4, cap. 1, dub. 47, n. 1. Thomaf. de execut. ult. vol. tit. 12, cap. 6, sub n. 110, vers. Si autem merus.

Hujusmodi autem executores testamentarii, seu administratores eorum, caræ & administrationis \* rationes reddere tenentur, ut dixi ad cap. 7, n. 7, & comprobata Rota in Calaritano juris visitandi 21, Maii 1649, n. 1. Corrado. Quam sanè rationem \* Episcopo reddunt, ut subjungebam dicto cap. 7, n. 10. Carill. dec. 3, n. 4, & dec. 16, n. 1. Rota in d. Calaritano juris visitandi 21 Maii 1649, n. 4. Corrado.

## CAPUT LV.

## SUMMARIUM.

- 1 Legitima non debetur non succedentibus ab intestato. Loco alimentorum aliquando succedit n. 2.
- 3 Filia ex statuto ab intestato exclusâ à legitima consequitur alimenta: Exclusa per statutum à successione ab intestato propter masculos excluditur etiam à legitima n. 4.
- 5 Frater fratrem hæredem instituere non tenetur: Limita ut num. 6. Fratri & ejus filiis pauperibus alimenta præstare tenetur n. 7. Sorori uterine alimenta præstare non tenetur n. 8. Pupillus fratres & sorores pauperes alere tenetur num. 9. Beneficio deducendi ne egeat contra fratrem ejus creditorem uti non potest n. 10. Contrarium verius n. 11.

Ab intestato non succedentibus legitima \* non debetur. Cyriac. contr. 243, num. 30. Georg. Mund. conf. 15, à n. 76, ad 82, lib. 2. Bottillier. de success. ab intest. cap. 1. Theorem. 26, n. 2. Treutler. consil. 337, n. 110. Giovagn. consil. 42, n. 33, & conf. 96, n. 12, lib. 1. Argel. de acquir. possess. q. 17, art. 7, n. 156, & seq. Andr. Censal. post suas decis. Luc. conf. 8, n. 2, & 3. Sperl. dec. 32, n. 24. Mart. consil. 36, n. 28. Rota dec. 64, n. 3, p. 1, & dec. 98, sub n. 3, vers. clarum est autem part. 2, & dec. 9, n. 1, part. 6, & dec. 35, n. 14, part. 8, recent. & animadvertitur hic n. 1, & 2, ubi quod legitima loco alimentorum \* aliquando succedat, & hanc conclusionem firmant congesti per Ge. Mund. conf. 15, n. 66, lib. 2, quem & alios adduximus ad cap.

Filia tamen per statutum, vel aliter à successione ab intestato exclusâ, ac consequenter etiam à legitima \* non prohibetur quominus alimenta consequatur, ut subjungit Auctor hic n. 3, & 4. Giovagn. conf. 42, n. 106, lib. 1. Mart. Medic. decisione Sen. 60, n. 25. Fenzon. ad stat. urb. cap. 141, n. 23, & c. 145, n. 11. Peregr. de fideic. art. 38, n. 23, in fine, Marefcot. variar. resolut. 83, n. 20, lib. 2. Cyriac. controvers. 391,

n. 36, & sequent. Merlin. de legitim. lib. 3, tit. 1, quæst. 8, n. 13, & 14. Ferentill. ad Buratt. decis. 906, n. 10. Rota dec. 28, n. 15, part. 8, recent. Pignat. ad stat. Ferrar. rubr. 140, n. 4, latè Michalor. de duob. fratrib. part. 3, cap. 4, ex n. 25. Leoncill. decis. Ferrar. 72, n. 6. Cæterum quod filia per statutum exclusâ à successione ab intestato propter masculos à legitima \* quoque censetur exclusâ post alios concludit Merlin. de legitim. lib. 1, tit. 1, quæst. 1, n. 15, & articulo ad patres matrem disculo lib. 3, tit. 1, quæst. 2, ex n. 29, 42, ac per totam. Rota dec. 272, n. 10, part. 5, recent. & in Cesenaten. bonorum 28 Aprilis 1653, §. non officit Alberгато. Michal. de duobus fratr. part. 3, qu. 4, n. 8.

Hinc optimè deducit Auctor hic n. 5, & sequent. quod alimenta non regulantur sicut successio dans exemplum in fratre, qui fratrem \* suum hæredem instituere non tenetur. Michal. de duobus fratribus part. 3, cap. 2, n. 2. Treutler. consil. 70, n. 2, & 3. Gratian. discept. 448, n. 32. Rota dec. 219, n. 9, part. 6, rec. Nisi quando fratre præterito turpem personam \* institueret, quia tunc frater contra fratrem querelam inofficiosi Testamenti nancisceretur, ut prosequitur Michal. de fratr. part. 3, c. 2, n. 3, & per totam. Sperl. dec. 34, n. 6. Argel. de acquir. possess. quæst. 3, art. 18, n. 957, & seq. Donad. de renunc. c. 11, n. 49, & seq.

Si tamen frater egestate laboret, frater dives eidem ac filiis alimenta \* præstare obstringitur. Merlin. dec. 497, n. 3, & dec. 671, n. 3, in fin. & 4, ubi extendit etiam ad fratres spurios, & naturales, Rota dec. 588, n. 1, part. 1, dec. 454, sub n. 3, vers. qui fratri part. 2, & dec. 92, n. 7, & dec. 408, n. 12, part. 5, recent. Ripol. variar. resolut. cap. 9, n. 10, ubi limitat quoad sororem uterinam \* cui frater alimenta præstare non tenetur, Lanfranc. Zacch. de salar. q. 3, n. 44. Leoncill. dec. Ferrar. 72, n. 4, latissime Thomaf. de tut. & curat. tit. 18, n. 97, ubi post alios quod etiam pupillus fratres, \* & sorores pauperes alere teneatur, & faciunt tradita per Joan. Anton. ab Eccles. observ. 10, n. 6, & seqq. lib. 1. Gizzarell. dec. 36, n. 56, & in fortioribus hanc conclusionem amplectitur. Rota dec. 193, per tot. part. 7, rec. ubi de patruo erga nepotes ex fratre, & è contra Calvin. de acquir. cap. 83, n. 37.

Ex qua quidem obligatione rationabiliter in dubium revocatur, an beneficium deducendi \* ne egeat fratri debitori erga alium fratrem creditorem competat, & ab illo excludi tenent gloss. & Doctores in leg. verum 64, ff. pro soc. cum adductis per Thesaur. dec. 119, n. 3. Bæz. in tract. de inop. debitor. cap. 17. Sed contrariam opinionem uti veritati, juri, & æquitati consonam firmant, \* & communem asserunt Thesaur. dicta dec. 119, sub n. 3, versic. tamen illa videtur dura: alios cumulat Altograd. consil. 39, n. 3, lib. 1. Ferentill. ad Buratt. dec. 20, sub n. 9, & quod etiam competat fratri, Thomaf. decis. Macer. 85, num. 41. Donad. de renunciat. cap. 23, nu. 14, & 15. Salgad. in Labyrinth. credit. part. 1, cap. 24, n. 5, & 6, ubi reprobat Bæzam Olea de cess. jur. tit. 6, quæst. 11, n. 41, ubi patiter impugnat Bæzam, & ejus sequaces, Zacch. ad Galef. de Camer. oblig. quæst. 36, n. 17, & post tract. Rota dec. 165, n. 17, & 18, ubi declarat privilegium competere ex impotentia, non autem quando valens solvere recusat. Vide cap. 37, §. 2, & cap. 49. Sed vide Zuccar. decis. Lucen. 10.